



**R. P. Francisci Svarez, Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Conimbricensi Academia Olim
Primarij Theologiae Professoris emeriti, Opvs De Triplici
Virtute Theologica, Fide, Spe, Et ...**

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1622

Sect. 6. An Evidentia credibilitatis ex lumine fidei oriatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93448](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93448)

dentia, & applicatione ad illam, quæ semper piam voluntatis affectionem requirit.

Quoad idio-
tas quo pa-
tro Gabr. &
alii resolu-
t.

7. Altera difficultas, & obcurior est de personis simplicibus, quæ per se non valent dictam euiden-
tiam assequi, de quibus aliqui argumento conuicti
contentur, posse credere sine euidencia credibili-
tatis, imo interdum teneri: pro qua sententia refer-
tur Gabr. in 3. dist. 24. ar. 3. dub. 1. Et patet quia pueri
baptizati, & inter Christianos educati, cum perue-
niunt ad usum rationis, vere credunt, & tamen non
percipiunt illam euideniam, nec videntur capaces
illius, similiter infideles, quando primum ei prædi-
catur fides, sine nouis miraculis, per solam rationa-
bilem prædicationem, non percipiunt istam euiden-
tiam credibilitatis, & tamen cum conuertitur ad fi-
dem vere credit, alias male facerent prædicatores
Euangelij, admittendo ad Baptismum eos, qui ita
incipiunt credere. Denique in alijs rebus humanis
non postulat ista euidencia præsertim in homini-
bus indoctis, sed satis est, ut probabiliter iudicent,
hoc esse bonum, vel melius: ergo etiam ad creden-
dum sufficit probabile iudicium credibilitatis, sal-
tem in his qui euideniam assequi non possunt. Vnde
iuxta hanc sententiam, quando dicitur euideniam
credibilitatis esse necessariam ad fidem, intelligen-
dum erit, respectu corporis Ecclesiæ, non vero re-
spectu singularum personarum eius, & hæc opinio
fortasse probabilis est.

Probatior
resolutio.

Sua ratio.

8. Nihilominus existimo nullum hominem præ-
bere verum, & perfectum assensum fidei Christianæ,
nisi prius aliquo modo assequatur, vel participet
hanc euideniam credibilitatis, quod docuit Caiet.
2. 2. q. 1. ar. 4. & sequuntur ibi moderni Thomistæ,
perferunt Arag. & Cumel. 1. p. disput. 1. dub. 2.
conclusionem 4. Neque Gabr. contradicit, ut statim
dicam: conuincor autem ratione supra facta, quod
iudicium credibilitatis debet esse certum, ut ad fi-
dem certam, & indubitatam inducat. Neque si quis
potest prudenter dubitare, vel formidare de credi-
bilitate obiecti, poterit etiam de ipsa fide dubitare,
aut formidare, & ita non erit fides perfecta, & Chri-
stiana: iudicium autem credibilitatis non potest esse
certum, nisi sit euidens, ut supra etiam ostendi: ergo
in quocunque vere credente, debet supponi tale iu-
dicium. Quocirca si quis credat ante iudicium cer-
tum, & euidens credibilitatis, concipiet quandam
fidem humanam de rebus diuinis quæ interdum po-
test esse prudens, & honesta, non tamen concipiet
propriam fidem Christianam, id est omnino certam
& immutabilem, quia stante sola probabilitate, &
prudencia in illa fundata, posset quis propter maio-
rem probabilitatem de nouo apparentem iudicium
prudencie mutare, & consequenter fidem, vel de il-
la prudenter dubitare, quod de vero assensu fidei
nullo modo admittendum est. Adde tamen ad re-
spondendum obiectionibus, & difficultati propo-
sitæ, hanc euideniam non esse æqualem in omni-
bus, nec eodem modo esse postulandam in simplici-
bus credentibus, ac in sapientibus: nam isti per se il-
lam percipiunt penetrando eius media, & principia,
illi vero in fide, & traditione Ecclesiæ, & sapientum
illam participant: nam illis satis est, quod videat sa-
pientissimos viros, & multitudinem Christianorum
hanc fidem amplecti, ut iudicet, & infallibilē,
& quod audiant illam esse confirmatam multis mi-
raculis, & quod hoc fiat illis moraliter, & humano
modo certum, ac denique quod intelligant, talem
doctrinam esse consentaneam rationi: nihil quæ cō-
trarium in illa inueniant; nam hæc sufficiunt, ut re-
spectu illorum fiat doctrina Fidei euidenter credi-
bilis.

Amplius de-
claratur.

9. Adde denique, si contingat exteriorem prædi-
cationem Fidei, & propositionem, non esse suffici-
entem, ad formandum iudicium, ita firmum, & eui-
dens de credibilitate Fidei, vel absoluta, vel compa-

rata cum alia doctrina: tunc per diuinā inspiratio-
nem, & vocationem internam, posse cōpleri huius-
modi credibilitatem, ita sumo ex D. Tho. quodlib. 2.
ar. 6. ubi dicit quod, si ordinariæ Fides fiat credibi-
lis per miracula, & alia externa signa, nihilominus
sine illis posse Deum per vocationem internā pro-
positionem cōplere, iuxta illud Ioan. 6. *omnis qui au-
diuit à Patre, & dicitur, venit ad me*, imo potest, inquit,
talis esse interna vocatio, ut teneatur homo non resistere, sed
fidem adhibere: iuxta illud Iaiæ. 50. *Dominus Deus aper-
ruit mihi aurem, ego autem non contradico*, & adhuc mo-
dum reprehensus est Zachar. Luc. 1. eo quod Angelo
annuntianti filij conceptionem, non statim firmam
Fidem adhibuerit, sed dubitaret, nam credendum
est, cum illa externa locutione, adfuisse internam
inspirationem, quæ faceret rem sufficienter credibi-
lem; nam de sola externa posset interdum dubitari,
cum *Angelus Satana transfigurer se in Angelum lucis*. Et
eandem sententiam videtur mihi docere Gabr. loco
citato, dum ait in huiusmodi euentu, quando exte-
rior doctrina veritatis non fit euidēter credibilior,
quam opposita, si homo faciat quod in se est, non
defuturam diuinam inspirationem, per quā homo
possit certus reddi de credibilitate veræ doctrinæ:
quia Deus non deficit in necessarijs, & tunc illa illu-
minatio interior necessaria est, & potest esse non so-
lum sufficiens, sed etiam efficax, ut per se notum est.

10. Ita patet responsio ad rationem dubitandi in
contrarium: nam licet simplices homines, per se non
sint capaces huius euideniam immediate, ut sic dicā,
& speculative deductæ ex suis principijs, & motiuis:
sunt capaces eius mediante Fide humana de mira-
culis, & alijs testibus, & testimonijs huius Fidei, &
iunari possunt interna Dei illuminatione, ut dixi: &
ob hanc causam prædicatores Euangelij, qui versan-
tur inter infideles, & catechizant adultos noue
conuersos, non male faciunt, illos admittendo ad
Baptismum post sufficientem instructionem, debet
autem imitari Philippum, qui, postquam instruxit
Eunuchum, & ille interrogauit, anliceret se bap-
tizari, respondit, *Sicredis ex toto corde*, sicut: pondero e-
nim ibi particulam, *ex toto corde*, per quā postulauit
Fidem super omnia iuxta phrasim Scripturæ atq; a-
deo omnino certam: hanc ergo Fidem debent po-
stulare huiusmodi prædicatores à nouiter conuer-
tis, & illos ita instruere, partim docendo, partim ex-
citando ad postulandum diuinum auxilium, ut pos-
sint illam concipere: & tunc credere possunt, & de-
bent illis dicentibus se ita credere, & consequenter
illos baptizare, sicut Philippus fecit.

SECTIO SEXTA.

*Utrum hac euidencia credibilitatis ex lumine
fidei oriatur?*

Difficultatem in hoc puncto facit D. Thomas 2. Affirmant
2. q. 1. ar. 4. ad 3. & ar. 5. ad 1. ubi ait *lumen fidei fa-
cere videre obiecta fidei esse credenda*, ubi Caietanus quem
alii moderni Thomistæ sequuntur, ita hoc intelligit,
ut dicat iudicium euidens, de obiecto Fidei sub ra-
tione credibilis, elici à lumine Fidei: idem sentit Fer-
rar. 3. cont. gent. c. 40. Probat primum, quia videre
dicit actum euideniam, & clarum, sed lumen Fidei
facit videre: ergo facit actum euideniam, & non de
veritate obiecti: ergo saltem de credibilitate. Secun-
do hoc confirmant, quia omne lumen manifestat
aliquid clare, & euidenter, iuxta illud ad Ephes. 5.
omne, quod manifestatur lumen est, sed Fides est quoddā
lumen: ergo aliquid manifestat euidenter, & non sub
propria, & specifica ratione: ergo saltem sub genera-
li ratione credibilis, sicut lumen visibile imperfectum,
& remissum quod non potest manifestare
obiectum sub ratione albi, aut nigri, saltem mani-
festat sub ratione colorati. Tertio omnis actus po-
test distinguere suum obiectum ab omni alio
quod non habet rationem talis obiecti: ergo & fides
potest

Cōcluditur
resolutio du-
bi quoad
idiotas.

Eorum mo-
dum 1. ex
D. Thom.
2.

potest distinguere obiecta credenda, à non credendis: hoc autem facere non potest, nisi ostendendo manifestè obiecta credibilia, quatenus fide digna sunt: ergo huiusmodi actus, & iudicium discernens credenda, à non credendis, est actus fidei. Vltimò, hoc iudicium de euidencia credibilitatis, est actus supernaturalis, ergo est elicitus à lumine fidei: antecedens probari potest; quia illud iudicium nequit haberi sine gratia, nam est sancta cogitatio inducens ad fidem, quæ sine gratia haberi non potest teste August. de Prædestinat. Sanct. cap. 1. ex illo ad Philip. 2. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis. Consequentia verò probatur, quia nullus est alius habitus supernaturalis ad quem possit ille actus pertinere.

2. Nihilominus sententiam hanc, sic explicatam falsam esse existimo. Vnde dico euidenciam credibilitatis non fieri à lumine fidei tanquam ab habitu elicite illud iudicium euidens, quo fidei obiectum iudicatur credibile, vel credibilis alijs, ita tenet Capreol. in 3. dist. 32. art. 3. ad 3. contra primam conclusionem, & Vega q. 9. de Iustificat. vltimum: & idē sentit Gabr. dist. 24. dub. 1. & probatur primò, quia in hoc obiecto non inuenitur ratio formalis obiecti fidei: ergo actus circa tale obiectum, non potest esse elicitus à lumine fidei: consequentia clara est, quia non potest habitus ferri extra obiectum suum formale: antecedens verò patet, quia ratio formalis obiecti fidei est diuina auctoritas obscurè reuelans: hæc autem credibilitas non reuelatur à Deo, sed ex signis per experientiam cognitis sumitur: nec etiam obscura, sed clara est: ergo non est ex obiecto formalis fidei. Secundò hoc iudicium credibilitatis non est actus credendi: ergo non est elicitus à lumine fidei, patet consequentia, quia officium adæquatum luminis fidei, est credere, & inde suam speciem sumit, tanquam habitus ab actu sibi adæquato. Antecedens verò multipliciter ostendi potest, in primis, quia illud iudicium est actus præuius disponens hominem ad credendum, ut supra est explicatum: ergo non potest esse credendi actus; alioqui ante illum esset necessarium aliud iudicium præuium, & procederet in infinitum. Deinde, quia actus credendi non concipitur per humanum discursum demonstratiuum, hoc autem iudicium concipitur per huiusmodi discursum, ut in fine sectionis tertie declaratum est; ergo non potest esse credendi actus.

3. Tercio probatur simul, & prædictum antecedens, & ipsa assertio, quia hoc iudicium de credibilitate, non est tam certum, sicut assensus fidei; ergo non potest esse actus elicitus à lumine fidei. Consequentia clara est, quia lumen fidei semper operatur cum eadem certitudine, & infallibilitate: assumptum verò patet, tum quia illud iudicium per se fundatur in humano discursu, & in principijs humano modo cognitis, ex quibus non potest inferri certitudo supernaturalis, qualis esse debet certitudo fidei, tum etiam quia dubitans de euidencia, & consequenter de certitudine illius credibilitatis, non esset hæreticus persistendo tantum in certitudine illa, quatenus ex euidencia causatur: dubitans autem de certitudine fidei hæreticus esset: ergo non sunt æquales illæ certitudines. Vnde etiam possumus de cõuersione argumentari. Quartò quia actus fidei licet interdum esse possit concomitantè cum actu euidente, non potest esse formaliter euidens, sed iudicium illud est formaliter euidens, ut ostensum est: ergo non est actus fidei: ergo non est elicitus à lumine fidei, nam, ut dixi, lumen fidei solum potest elicere actus eiusdem ordinis, & rationis, ac subinde obsecuros, sicut eius obiectum formale postulat. Tandem in fide humana etiam obiectum eius potest esse, & sæpe est euidenter credibile, & tamen illa euidencia, non est ab ipso habitu fidei humanæ, ut vi-

detur per se notum: ergo idem est in fide diuina. Nā est eadem ratio, & proportio, nec potest probabile discrimen assignari.

4. Ut ergo ad D. Thomam respondeamus, addimus secundo, quāuis lumen fidei, non eliciat dictum actum euidenciam, nihilominus conferre aliquo modo ad dictam euidenciam, per modum congruentis dispositionis ex parte subiecti, vel tãquam vnum ex motiuis, quod potest dictam euidenciam iuuare, vel confirmare. Declaratur, quia dispositio subiecti quāsi cõnaturalis obiecto, causat quandam cõuenientiam, & congruitatem, ratione cuius facilius percipitur proportio, vel cõuenientia talis obiecti, sicut homo bene affectus ad temperantiam facilius iudicat de medio temperantia: ita ergo habitus fidei disponens, & inclinans ad obiecta credibilia, consequenter etiam disponit ad bene iudicandum de illorum credibilitate, & illamet proportio interna fidei, est vnum ex motiuis suadentibus, illud obiectum esse credibile, & diuinum. In hoc autem aduerto, posse intelligi vel de ipso formali habitu, & inclinatione eius tantum in actu primo, vel etiam de motionibus diuinis, quæ præparant hominem ad talem habitum, & postea solum ipsum comitari. Si ergo hæc assertio posteriori modo intelligatur, est facilis, & clara, quia homo potest in se experiri has diuinas motiones, & ex effectibus earum vehementissime coniectari, illas esse diuinas, & à bono spiritu. Et ideo recte numerantur inter motiua, quæ conferunt ad fidei credibilitatem. Sicut etiam diximus sectione præcedente num. 9. vocationem internam sæpe complere hanc credibilitatem, & aliqua de hoc addimus disputatione sequenti. At vero si sermo sit de solo habitu, & eius informatione, aliquid etiam fortasse potest conferre; parum tamen est, quia informatio, & habitualis inclinatio habitus infusi, non sentitur experimento. Et præterea licet aliquid cõferre possit, non tamen ad primam fidei generationem, quia infusio habitus fidei iam supponit actum eius, poterit tamen conferre ad argumentum credibilitatis, & ad maiorem firmitatem eius D. Thom. ergo in sensu huius assertionis locutus est, quāuis modum in particulari non explicauerit; quod autem hæc fuerit mens eius, cõstat, quia ita loquitur de lumine fidei, sicut de habitibus aliarum virtutum, & sicut nos posuimus exemplum de temperantia; constat autem alias virtutes v. g. temperantiam non elicere iudicium de cõuenientia, vel mediocritate obiecti sibi propositi, nam hoc est officium prudentiæ; sed tantum concurrere virtutis habitum per modum dispositionis, ut explicatum est. Ita ergo intellexit D. Thomas de lumine fidei: & ita responsum est ad primum motiuum contrariæ sententiæ.

5. Ad secundum, negamus omne lumen intellectuale facere euidenciam obiecti, sub aliqua ratione, siue specifica, siue generali, quia per lumen spirituale intelligimus omnem habitum intellectus, qui præbere potest cognitionem alicuius rei: at verò non omnis habitus intellectus est clarus, vel euidens: & ideo aliqui habitus sunt in intellectu, qui nullum obiectum euidenter ostendere possunt, ut manifestè constat in habitu opinionis, & in habitu fidei humanæ. Idem ergo est in lumine fidei diuinæ: nam licet in certitudine excedat, in obscuritate æqualis est: neque est simile, quod asserabatur de lumine remisso; nam illud est eiusdem speciei cum lumine intenso, & ex visu speciei est clarum; & ideo non est mirum quòd possit clarè ostendere obiectum, saltem sub generica ratione: lumen autem fidei differt specie à lumine claro, & ex visu speciei claritatem non confert. Neque etiam ad rem facit testimonium Pauli: Omne quod manifestatur, &c. tum quia manifestatio potest ab irradicè sumi, ut comprehendit clarā, & obscurā: nam etiam res, quæ cre-

Assertio.

Suadetur de claratōe.

Notatio duplicis sensus assertionis.

Ad r. motiū ex D. Th. in num. 1.

duntur suo modo manifestantur, iuxta illud Christi Domini Ioan. 16. *manifestauit nomen tuum hominibus, & ita vniuersaliter verum est, & omne lumen manifestare, & omnem manifestationem esse à lumine: tum etiam, quia licet verba intelligantur de manifestatione euidente, Paulus solum dicit omne, quod manifestatur lumine manifestari, non tamen dicit è conuerso omne lumen facere euidentem manifestationem alicuius rei. Ad tertium negatur omnem habitum euidenter discernere suum obiectum, ab extraneis: nam hoc est proprium scientiæ: reliqui vero discernunt modo sibi accommodato, & ita fides Christiana discernit cum certitudine, humana vero cum probabilitate: habitus denique voluntatis, neutro modo, sed tantum operando, seu in actu exercito, vt sic dicam. De materia vltimi argumenti dicenda sunt multa in disputatione 6. nam ante voluntatem credendi, duo actus possunt intelligi in intellectu, vnus practicus, scilicet credendum est, de quo est magna quaestio, an sit naturalis, aut supernaturalis, quæ ibi tractabitur; alius est speculatiuus, scilicet hoc est credibile, & de hoc est sermo in præsentia: & de illo dicimus esse naturalem, quia est per naturalem discursum, & ex principijs naturaliter cognitis, vt probatum est: & ita potest argumentum in contrarium retorqueri.*

Ad Tertium

Ad quartum

DISPUTATIO QUINTA.

De regulis, quibus fidei obiectum infallibiliter proponitur.



Vanis certitudo fidei ex sola infallibili Dei autoritate essentialiter pendeat, quia tamendoctrina eiusdem fidei non immediate à Deo ad singulos credentes descendit, iuxta dicta disputatione præcedenti sect. 1. ideo, inter Deum, & nos, necessaria censetur aliqua via, per quam doctrina illa Ecclesiæ infallibiliter innotescat: & hæc vocatur regula infallibilis fidei. Quæ ex parte obiecti, per modum proponentis, seu applicantis se tenet: & ideo eius tractatio ad hunc locum spectat: & ita tractari solet à Theologis 2. 1. q. 1. ar. 10. & ab alijs qui de fundamentis fidei scripserunt, vt à Driedone lib. de Dogmat. & Cano in opere de Loc. Theolog. Bellarm. in 1. tom. in lib. de verbo Dei, & sequentibus, Castro lib. 1. de Hæres. & alijs multis. Vt autem melius intelligatur, de qua res sit sermo, distinguere possumus inter proponentes fidem, quendam proximum, & alium remotum. Proximū voco ipsum prædicatorem, vel doctorem qui fidem docet, & suadet, remotum appello Scripturam Concil. vel aliquid simile, in quo solet fundari verbum doctoris, vt suam doctrinam veram fidem esse persuadeat. Inter quos duos, quoad nos, hæc cernitur differentia, quod proximus proponens non habet de se autoritatem, vt doctrinam suam certam esse ostendat: sed oportet, vt aliunde illam confirmet: in proponente autem remoto, vt in suo ordine sit sufficiens, debet supponi hæc autoritas, & ideo illud vocatur regula fidei. De hac ergo regula, seu proponente remoto, in præsentia nobis sermo est, vt autem paremus viam ad illius necessitatem ostendendam, oportet pauca de proximo proponente præmittere.

Proponens fidem alius proximus, remotus alius,

Discrimen inter ipsos.

SECTIO PRIMA.

Vtrum proxime fidem proponens infallibilis autoritatis, aut veritatis esse debeat?

Partis neg. argumentū,

Videtur pars negatiua huius quaestiones, per se manifesta: nam hic proximus proponens solet

esse priuatus homo, seu doctor, qui non habet maiorem autoritatem, quam humanam: & non habet promissionem diuinam, quod veritatem infallibiliter assequatur, vel alijs tradat, ergo non est vnde habeat infallibilem autoritatem: vnde hac ratione docent Theologi, non sufficere plures Theologos, etiam Sanctos, & sapientissimos ad confirmandam doctrinam, vt infallibilem, & certam, quia sunt homines, qui possunt vel decipere, vel decipi. Præterea sæpe contingit, vt qui hoc tempore Catholicus est, & veram doctrinam docet, postea fiat hæreticus, vt in Tertul. Origene, Eusebio, & alijs videre licet: ergo nullius hominis proponentis immediate doctrinam fidei, potest esse autoritas, vel veritas infallibilis. Denique sæpe contingit hæreticum hominem suam doctrinam proxime proponere tantam fidem certam, quem tamen conitar esse fallacem: sed non est maior ratio infallibilis autoritatis in doctore catholico docente veritatem: ergo nunquam requiritur hæc autoritas in proximo proponente.

Vide Sancti lib. 2. decal. cap. 7. nu. 15.

2. In contrarium vero est, primo quia ea quæ docentur à proximo fidei predicator accipienda sunt tanquam certa, & infallibilia: ergo necesse est vt credamus illum non posse mentiri in his, quæ affirmat: nam si hoc posset de illo existimari, aut in dubium reuocari, consequenter dubitari posset de veritate doctrinæ ab eo traditæ, & ita iam non haberetur certa, & infallibilis: ergo necesse est, vt is, qui proxime fidem proponit, sit apud credentes infallibilis autoritatis, nam hæc autoritas solū in hoc consistit, quod is, qui loquitur mentiri non possit, nec falsum dicere. Et confirmatur, quia qui sic proponit fidem, obligat ad credendum fide infusa, id quod proponit: ergo obligat ad credendum eadem fide ipsum non decipere in eo, quod dicit, neque decipi, quia vnum ex altero manifeste sequitur: ergo etiam obligat ad credendum eadem fide, ipsum habere infallibilem autoritatem in eo dicto. Denique confirmatur, quia alias falsa doctrina, vel hæretica posset æqualiter proponi, ac catholica, quod non videtur admittendum: quia iam videretur impossibile, fideles reddi certos de veritate doctrinæ sibi propositæ, cum hæc veritas in suo genere pendeat à proponente, & quantum hoc sit secundario, & tanquam ab applicante: nihilominus illa dependentia sufficit, vt doctrina reddatur incerta, si potest esse falsa, cæteris paribus ex parte proponentis: ergo oportet, vt ille aliquo modo participet infallibilem autoritatem in dicendo.

Partis affirm. argumentum.

Confirm. 1.

Confirm. 2.

3. Brevis resolutio in hoc puncto est, duobus modis posse intelligi, esse infallibilem autoritatem in proponente: vno modo permanenter, & vtritaque per modum habitus: alio modo solum actualiter, quantum ad certitudinem illius doctrinæ, quæ sufficienter proponit, vt à Deo traditam, vel, vt definitam ab aliquo habente autoritatem. Dicendum ergo est, proximum proponentem fidem, non habere autoritatem infallibilem priori modo, hoc enim conuincunt priora argumenta. Ratio autem propria est, quia res fidei proposita ab aliquo prædicante, non habet autoritatem ab ipso secundum se spectato: nam ille tantum applicat diuinam autoritatem: & quantum conditio, seu qualitas proponentis possit aliquid conferre ad credibilitatem rei propositæ, non tamen sufficit ad infallibilitatem: imo etiam in ratione credibilis, solum est vñ ex motiuis, quod nisi multis alijs adiuuetur nō sufficit ad necessariam propositionem fidei: ergo signum est in proximo proponente, nec requiri nec inueniri regulariter hanc infallibilem autoritatem. Neque contra hoc procedunt argumenta posteriori loco facta: nam ad illa sufficit, quod in sequenti assertionem dicemus.

Infallibilis propositio fidei duplex.

Assertio 1. negat de priora propositione infallibilitatem.

Assertio secunda affirmat.

4. Dico ergo vterius, quoties proximus proponens